



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

VIII. Decretum de renunciatione, seu alternatione Abbatum Montis Oliveti  
qualis esse debeat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

1671.

Sanctificatio  
B. Cajetani  
Clericorum  
Theatinorum  
Fundatoriis.

**S. 1.** Cum itaque Nos nuper ad honorem Sanctissimæ, & individuæ Trinitatis, ad exaltationem Catholicae Fidei, & Christianæ Religio-nis incrementum, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Alma Urbe Nostra tunc existentium consilio Beatum Cajetanum Thienæum Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum Fundatorem, auctoritate Nobis a Domino tradita Sanctum esse decreverimus, & definitivemus, ac Sanctorum Catalogo solemni ritu adscripterimus.

**S. 2.** Hinc est, quod Nos ad augendam fideliū religionem, & animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thefauris pia charitate intenti, & de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus verè pénitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorūcumque Collegiorum, Domorum Regularium, & Monasteriorum tam Clericorum Regularium dicta Congregationis, quam Monialium corundem Clericorum Regularium curæ, & gubernio subjectarum hæc tenus erexit, & in posterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum existentibus, die 7. Augusti festo ejusdem Sancti Cajetani Thienenzi, à primis Vesperis usque ad occasum solis festi hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac Sancta Matris Ecclesiæ exaltatione, piis ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

**S. 3.** Volumus autem, ut ipsarum præsentium Litterarum transloquptis, seu exemplis etiam impressis, manu aliquius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis eadem pro rursus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus habetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Junii 1671. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

VIII.

Decretum de renunciatione, seu alternatione  
Abbatum Montis Oliveti qualis esse debeat.

## CLEMENS PAPA X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**N**uper emanarunt ad favorem Congregationis Monachorum Montis Oliveti Ordinis Sancti Benedicti Litteræ in simili forma Brevis, tenoris, qui sequitur, videlicet. Clemens Papa X. Ad perpetuam rei memoriam. Ex commissa Nobis divinitus dispensationis officio cipientes ut debitus virtuti honor in Congregatione Monachorum Montis Oliveti Ordinis Sancti Benedicti rependatur, ac ipsius Congregationis Monachos, ut in vinea Domini strenue laborare studeant, aliquo honorificientia præmio incitare, necnon dilectum filium Procuratorem Generalem d. Congregationis specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensio-nis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis senten-tiis, censuris, & penitentiis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quo-

modolibet innovatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum se-rie absolventes, & absolutum fore censentes, ac quarumdam fel. record. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri in simili forma Brevis Letterarum die 26. Januarii 1627. expeditarum incipientium *Apostolatus Officium* &c. per quas Abbatum Titularium in præfata Congregatione creatio sub certis modo, & forma tunc ex-premissis prohibita fuit, tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto ha-bentes, supplicationibus ejusdem Procuratoris Generalis nomine Nobis, de consilio, & af-fensiū dilecti filii nostri Cæsaris titul. SS. Quatuor Coronatorum S. R. E. Presbyteri Cardinalis Fa-chenetii nuncupati, dictæ Congregationis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectori super hoc humiliter porrectis inclinati, dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Abbatu Generali memorata Congregationis, una cum Definitorio ipsius Congregationis duodecim Abba-tes Titulares, nempe duos pro qualibet Provin-cia ejusdem Congregat. qui tamen sint æta-te quinquagenarii, & saltē 20. annorum spa-tio lecturam, aut verbi Dei prædicationem, vel Vicarii, aut Magistri Novitiorum, aut cœconomia officia exercendo, Congregationis præfata laudabiliter inservierint; ita tamen, ut ejusmodi Abbes Titulares, nec gubernium Monasteriorum, nec votum, sive suffragium in Capitulis generalibus, nec ullam aliam prærogativam, vel exemptionem, qua Monasterii onerosa sit, prætendere valeant; sed in Ecclesiæ, saltē diebus festis, Missæ Conven-tuali, & Vespere, ac diebus singulis manè orationi mentali interesse teneantur, auctoritate Nostra Apostolica creandi, ac in defunctorum pro tempore locum alios ex eadem Provincia, usque ad complementum numeri duodenarii hu-jusmodi, & non ultrā, subrogandi, plenam, & amplam facultatem eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, & impartimur.

**S. 1.** Et quia nonnunquam accidit, ut aliquis Abbas regiminis dictæ Congregationis, vel proprii levamenti studio, vel alterius Monachi merito gratificandi ergo, regimen sive gubernium Monasterii sibi commissi alterius vicibus cum illo gerere sit contentus, auctoritate præfata habrum serie permittimus memorato Abbati Generali, una cum Definitorio præfato, ejusmodi alternationes acceptare, & ad usum deducere, dummodò tamen Abbas ad id sponte consentiat, ac in Monacho concurrent qualitates ad Abbatiam juxta præscriptum Constitutionum dictæ Congregationis necessariae, & non aliter.

**S. 2.** Porro unus tantum eorum, nempe ille, qui Monasterium actu gubernabit, votum sive suffragium in Capitulo Generali Congregationis prædictæ habeat; Vacans autem à gubernio, in alterius gubernantis Monasterio degat, nec plus prætendere possit, quam Monachus Ordinarius, præter titulum Abbatis, & uno illorum defuncto, alter folus remaneat Abbas regiminis quamdiu vixerit, vel donec renunciaverit.

**S. 3.** Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoquin plenarios, & integros effectus forti, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irri-tum, & inane, si secus super his a quoquin quavis auctoritate scienter vel ignoranter con-tigerit attentari.

Permissio  
alterius faci  
Abbatis ad  
regimen.

1671.  
Derogatio  
statutorum  
in contra-  
rium.

§. 4. Non obstantibus prefatis Urbani Prae-  
decessoris Litteris, aliisque Constitutionibus, &  
ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus  
opus sit, dictæ Congregationis, ejusque Pro-  
vinciarum, ac Monasteriorum quoruncumque,  
etiam juramento, confirmatione Apostolica,  
vel quavis firmitate alia roboret statutis, &  
consuetudinibus, privilegiis quoque, indulxit,  
& Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum  
quomodolibet concessis, confirmatis, &  
innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum  
tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter  
expressis, & insertis habentes, illis alias in suo  
robore permanens ad præmissorum effectum  
hac vice dumtaxat specialiter, & expressè de-  
rogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præ-  
sentium transumptis etiam impressis, manu ali-  
cujus Notarii publici subscriptis, & sigillo perso-  
nae in Ecclesiastica dignitate constituta munis,  
eadem prorsus fides in iudicio, & extrà adhibeatur,  
qua præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ,  
vel ostensæ. Datum Roma apud S. Mariam Majorem  
sub Annulo Piscatoris die 11. Junii, 1671. Pon-  
tificatus Nostri Anno Secundo.

§. 6. Cum autem sicut dilectus filius Procu-  
rator Generalis dictæ Congregationis Nobis  
subinde exponi fecit, dilecti pariter filii Supe-  
rioris ejusdem Congregationis in Definitorio  
Capituli generalis ipsius Congregationis men-  
se Aprili proximè præterto congregati, ampli-  
tudine gratia per præfertas Litteras Nostras  
concessæ, in ea parte, qua renunciations, five  
alternationes gubernitorum concernit, mature  
considerata, illam aliquibus conditionibus li-  
mitari, prospero, felicique præfata Congrega-  
tionis regimini conducibile fore censuerit.

§. 7. Nobis propterea dictus Procurator Ge-  
neralis humiliiter supplicari fecit, ut in præmis-  
sis opportunè providere, & ut intrà indulgere  
de benignitate Apostolica dignaremur.

Absolutio  
censuris.

§. 8. Nos igitur ipsius Procuratoris Genera-  
lis votis hac in re quantum cum Domino pos-  
sumus favorabiliter annuere volentes, eumque  
à quibusvis excommunicationis, suspensionis, &  
interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, cen-  
suriis, & pœnis à jure, vel ab homine quavis oc-  
casione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet  
innodus existit ad effectum præsentium, dum-  
taxat consequendum, harum serie absolventes,  
& absolutum fore censeentes, hujusmodi sup-  
plicationibus inclinati.

§. 9. Quod illi Monachi, ad quorum favo-  
rem sicut renunciations, five alternationes hu-  
jusmodi, quadraginta annis maiores, nec Ab-  
batum eisdem alternationes facientium in pri-  
mo, vel secundo gradu consanguinei esse; sed in Monasteriis, in quibus saltem viginti Mo-  
nachi residant, Officiales fuissent debant; nec  
ejusmodi renunciations, five alternationes ab  
illis Abbatibus, qui sint actu Visitatores; neque  
in prejudicium Officialium actualium, aut eo-  
rum, qui fuerint Officiales Monasterii Montis  
Oliveti Majoris dictæ Congregationis, ceteris  
paribus fieri possint, auctoritate præfata tenore  
præsentium statuimus, & ordinamus.

Perpetuis  
futuris tem-  
poribus.

§. 10. Decernentes pariter ipsas præsentes  
Litteras perpetua roboris firmate subistere,  
ac inviolabilitate observari, sicutque in præmissis  
per quoscumque Judices ordinarios, & Dele-  
gatos etiam causarum Palatii Apostolici Audi-  
tores judicari, & definiri debere, ac irritum,  
& inane si fecus super his à quoquam quavis  
auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit  
attentari.

§. 11. Non obstantibus quoad ea quæ præ-  
sentibus Litteris sunt, seu dici possent esse con-  
traria præfertas Nostris Litteris, nec non om-  
nibus, & singulis illis, quæ in eis concessimus  
non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 12. Ceterum volumus similiter, ut ea-  
rumdem præsentium Litterarum transumptis,  
seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus  
Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in  
Ecclesiastica dignitate constituta munis eadem  
prorsus fides in iudicio, & extrà adhibeatur, qua  
præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ,  
vel ostensæ.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem  
sub Annulo Piscatoris die 11. Junii, 1671. Pon-  
tificatus Nostri Anno Secundo.

Indulgentia in Ecclesiis domorum, vel Colle-  
giorum Societatis Jesu in die S. Francisci Bor-  
gia pro omnibus.

#### CLEMENS PAPA X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

R Edemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui gloriosos saluberrimorum, quæ  
Nobis reliquit, exemplorum sectatores altis de-  
coravit honoribus, & cœlestis beatitudinis con-  
fortes effecit, vices licet immeriti gerentes in  
terris, spiritualium munerum thesauros, quo-  
rum Nobis credita est dispensatio, libenter erga  
eosdem Beatos cœli incolas fidelium devotio-  
nem salubriter expedire in Domino arbitra-  
tum.

§. 1. Cum itaque Nos nuper ad honorem  
Sanctissimæ, & individuæ Trinitatis, ad exalta-  
tionem Catholicae fidei, & Christianæ Religionis  
incrementum, de Venerabilium Fratrum No-  
strorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum,  
Archiepiscoporum, & Episcoporum in Alma  
Urbe nostra tunc existentium confilio, Beatum  
Franciscum Borgiam dum vixit Præpositum Ge-  
neralem Societatis Jesu, auctoritate Nobis à Do-  
mino tradita, Sanctum esse decreverimus, &  
definiverimus, ac Sanctorum Catalogo solemnis  
ritu adscripterimus.

§. 2. Hinc est, quod Nos, ad augendam  
Fidelium religionem, & animarum salutem cœ-  
lestibus Ecclesiæ thesauris, pia charitate intenti,  
& de Omnipotentis Dei misericordia, & Beat-  
orum Petri, & Pauli Apostolorum ejus aucto-  
ritate confisi, omnibus, & singulis utriusque se-  
xus Christi Fidelibus verè pœnitentibus, & con-  
fessis, ac sacra communione refectis, qui ali-  
quam ex Ecclesiis Domorum, vel Collegiorum  
quoruncumque Societatis prefata haecenus ere-  
ctis, & in posterum quandcumque erigendis,  
& ubicumque locorum existentibus, die 3. Octo-  
bris festo ejusdem Sancti Francisci Borgiae, à  
primis Vesperis usque ad occasum solis festi  
hujusmodi, singulis annis devotè visitaverint,  
& ibi pro Christianorum Principum concordia,  
hæresum extirpatione, ac sanctæ matris Ecclesiæ  
exaltatione, piis ad Deum preces effude-  
rint, plenariam omnium peccatorum suorum  
indulgentiam, & remissionem misericorditer in  
Domino concedimus. Præsentibus perpetuis fu-  
turis temporibus valuturis.

§. 3. Volumus autem, ut ipsarum præ-  
sentium Litterarum transumptis, seu exemplis,  
etiam impressis, manu alicujus Notarii publici,  
vel Secretarii memoratae Societatis subscriptis,  
& sigillo Præpositi ejusdem Societatis, vel alterius  
personæ in Ecclesiastica dignitate consti-

#### IX.

Exordium.

Sanctificatio  
S. Francisci  
Borgiae.